Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Animalibus libri I-XXVI - Cod. Aug. pap. 11

Albertus <Magnus>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Liber VIII; Tractatus I

urn:nbn:de:bsz:31-87034

Visual Library

et clausura pororum quod quos humor vapo-
rans ad intus reflectitur et in interiora in-
teriora irrorat et humectat et maxime quidem
cum pinguedine est causa cum plus pinguedinis
est frigidus et humidus pinguibus autem quod
causa cum aliquando sit huius aeris cum somni et
immobilitatis aut forte suffocationis constrictis
enim poris et extremitatibus venarum et frigi-
ditate et cumulato calore intus qui exspirare
non potest reflectitur ad interiora et tunc se expellit
sanguinem et humores qui sic moti cor obruunt
et calorem extinguunt per accidens autem huius a-
eres sunt cum quibus deveniunt macie quorum videlicet
paritur humidum et multum calidum et sic
inducit maciem et aliquando defectum mortis
ex desiccatione. Et hac de causa diversas quaerunt aeris
dispositiones ab animalibus qui se removent de lo-
co ad locum hac etiam de causa fit in ipsis mutatio
humoris incidentalis aut naturalis ad diversas
dispositiones quando animal venenosum ex aere a-
tinente humore vel frigidante aut vene-
nosum vaporem in ipsum inmittente efficitur
magis et minus venenosum aut subtilioris
aut grossioris veneni. Et subtilius quidem
venenum citius pertingit ad interiora et citius
necat sed etiam citius consumitur in corpore et
faciliorem recipit medicinam. Grossius autem
tardioris est penetrationis et magis difficilis
cure. Et talium tunicae ex venenis et aere
facile est invenire exemplum quod etiam in augu-
sto venenosior dicitur punctura araneae quae
calido et sicco aere multo immisso calidior a
domo solis venenum araneae fit acutius.
Idem autem operatur ventus et clima quia ven-
tus et locus inducunt aeris caliditatem ve-
nenum dissolventem. Fit autem huius effectus
ex sola humoris mora in corpore. Sanguis
enim frigidus et indigestus elevatus naturalis
humoris calorem et qualitatem per moram in
corde digeritur et fit purpureus et bonus et
calidus secundum naturam. Et hoc quidem fit cum in hiis
que in animalibus in omni humore qui generatur in corpore
sicut ostendit sanguis generatus ex lacte qui
per moram in corpore calidus et naturalis efficitur
et tunc minuitur aliquis primus crudus et
flegmaticus emittit sanguinem et quando san-
guis abstinet contra minutionem decoquitur sang-

uis et purpureus efficitur et redit ad natura-
lem calorem. Similiter autem fit omni humore corporis
sive sit semen sive venenum sive alius quicun-
que humor. Et ideo nimis coitus sunt steriles
et abstinentes a coitu semen habent fecundius. Sic
autem lac et butirum generatum ex primis herbis
veris tempore magis est vigorosum ex aliis ipso
venenum autem etiam aliquando efficitur subtilius ex
mora in corpore et ideo serpens subtilior
efficitur veneno ieiunus quam pransus. Et adhuc
subtilius post latentiam quam ante sicut dictum est
et similibus tales animalium facile est secundum natura-
lem fieri humorum mutationes

Incipit liber octavus animalium qui est de
motibus animalium secundum quos pungnant
ad invicem. Capitulum primum de accidentibus
anime animalium secundum quae participant mo-
res et pugne corporis

Habitis his quae ad loca et man-
siones et profectus et defectus
pertinent animalium de moribus
ipsorum videtur esse dicendum. Mo-
res enim ipsorum licet non sint reducibiles ad
certam naturam quam mansiones et profectus et loca
tamen non habent principium nisi per modum naturae
quod etiam Johannes Damascenus animalia magis
agi ait dicit quam agentia ad ex libertate
anime aut ymaginatione aut cogitatu. Sunt
signum est quod cum in sint unius speciei aut similes
habent mores aut parum valde differentes.
In animalibus igitur secundum diversitatem specierum a-
nimalium valde diversificantur. Sed non
cognoscimus naturam quae est principium operum animalium
parvorum quam magnorum parva enim animalia propter ana-
thomiam non patent et non habent tam longam
vitam sed cito complementum habent de ipsis
cognitio sed in magnis accipimus maiorem
cognitionem operum eo quod per anathomiam scimus
membra et per membra coniecturamus de officiis
membrorum et per longiorem vitam talium a-
nimalium opera ipsorum ultra offerunt ad com-
plementum. Et hoc scimus quod in quolibet
animalium sive parvum sit sive magnum virtu-
tes naturales sunt quibus et opera ipsius et
actiones anime et passiones anime dicitur perficiuntur
haec autem accidentia sunt quae sunt sive et mores

sive consuetudines bone vel male vel
timor vel audacia et alie habitudines pas-
siones quibus animalia disponuntur sicut concupis-
centia et desiderium et ira et huiusmodi ex quibus etiam
quedam illorum alicuius doctrine sunt perceptibilia
ab aliis alterius speciei animalibus et alii ab homi-
bus quedam autem nullius omnino sunt discipline per-
ceptibilia Maxime autem disciplinam percipiunt
quecumque ipsorum habent auditum bonum et aliis sensibus
perfectis cum vigore memorie Bonum autem au-
ditum dico qui percipit voces aliquo modo secundum
quod sunt signa vel nota rerum quarum ex rebus
notatur non protrahent de vel quod est precipue
sive Quecumque enim tale habent auditum cognos-
cunt voces eius habitudine et vocem signorum
rerum et per sensus alios perfectos noscit-
res ipsas et ideo facilius ad actus notas
conducuntur et agunt multa per huiusmodi disciplinam
Prima vero dispositio que facit passionum autem ac-
cidentium diversitatem in omnibus cuiuslibet speciei animali-
bus in quibus est mas et femina est distinctio
que facit natura inter masculum et feminam ho-
autem in perfectiori animali hoc est in homine
magis quam in aliis manifestum est deinde etiam
apparet in quadrupedibus generantibus animalia
sibi similia propter quod etiam sagax pictagoras
talia scilicet fisica posuit masculinum et talia
feminea feminam enim in omni animalium generibus
feminas habitudinibus facilior est ad mansuetudinem
et in formandum sive erudiendum quam masculus et
hoc manifestum est in canibus et precipue que
in hiis qui leporarii aquilinus(?) dicuntur et ab aliis
veltres dicuntur femina enim horum canum etiam
discunt et quamquam meliores sunt ad veniendum addis-
cendum venari Canum autem venaticorum quidam dicun-
tur in malarchia que est regio quedam maioris
asie non habent illam diversitatem quantitatis et figure
quam habent genera aliorum locorum in quibus magis
diversa est canum dictorum Canes autem qui mastini
vocantur et servitur aves propter custodiam dif-
ferunt quidem in quantitate multum secundum mores
habent consuetudinem et doctrinam sequendi lupum
et capiendi itaque tamen venator excellit
feminam ita quod vidimus iam feminam que et
suos filios lupos venari docuit mitten-
do ad cursum et percurrendo et cum lupus
videbatur evadere tenuit lupum usque ad ad-

ventum filiorum et tunc dimisit eum Et si lupa
momordit filios non statim succurrebat eis
provocare volens filios contra lupum hii tamen
canes differunt in quantitate quoniam quidam corpore sunt
valde magni maiores et fortiores lupis
et quidam sunt minores domestici tamen huius generis
canes maiores et rabidiores sunt aliis
canibus Vult autem femine sunt debiliores
maribus preter ursum et leopardum in quadrupedi-
bus quamvis opinio vulgaris est quod femine corpore sunt
fortiores et audaciores maribus et hoc
etiam quidam dicunt de lupa sed non est verum In
avibus autem femine rapacium avium omnium que
uncos habent ungues fortiores sunt et
maiores corpore quam mares Causa autem huius
est videtur quod talia animalia eorum in quadrupedibus
quam in avibus sicca sunt et calida propter ursum
et hec qualitates mitigantur corporum femineo
et tunc plus efficiuntur spirituum et pluris san-
guinis et ideo etiam sunt fortiora et audaciora
Ursa autem audaciam habet ex malis moribus
que accidunt post partum sed tamen femina ursi non ita
diu manet in pugna sicut ursus hoc autem
accidit omnibus feminis animalium que post catu-
lorum ferociores sunt maribus et hoc facit
affectus filiorum Generaliter autem loquendo fere
omnium animalium sunt leviores ad instruendum
et astuciores quo ad hoc quod circa concipiunt
et hoc ideo est quia sunt molliores et sunt
magis amare et sollicite circa nutrimentum
filiorum Mas autem econtra est maior fere
et magis simplex et maioris astucie pas-
siones autem iste secundum magis manifestantur
in homine quam in alio animali homo enim inter
omnia animalia magis attingit naturam perfectam et
ideo etiam magis manifestat quod maliquo
deflectitur a perfecto secundum nam in hoc enim
mulier inclinatur facilius ad pietatem sive
benivolenciam quam vir et ad lacrimas et
magis est invida et magis contenciosa et
litigiosa et iniuriosa et diligit castigare
sive timari et nequicia autem maior est in
femina quam in viro Et est debilis spei sive
fiducie et mendax magis quam vir et in-
verecunda Et facile decipitur eo quod est mali
iudicii et hoc ex frigiditate congelante
aliquid fortis memorie in malis et ex
frigido complemento et quia corpus eius nec
consumit neque expellit a se superfluum est

pigra et segnis hijs aut addit auice-
na q mebz honestas et bonis et regie s
magis similie et magis recolentes ab alijs
et magis parate ad malas consuetudines pt
quod etia ppd subiectid no ht in eis vbi
et honestas femina em vtis e grauis ma-
tus Et mas e contra mobilior et magis q
dens et audax et maior familiaritatis Et
huius signum appet in aialibs gnic quod ma
lachie vocat Spius em gnis quedam spes
e Sepia q cu peurit tridente piscatoris
mas iuuat feiaz percussa aut marie femina
fugit relinquens mare impiculo et sic ut in
pluribus e in omni aialium maribus et femis

Capitulum 2m de pugnis aialium p cibo et domo et pullis

1 Veru q aut aialium hitant fre-
quenter aut semp in loco vno
et eod pliant admuicem si
sint eiusdem spei sine diuersarum
spapue tame cum pugne tanc hnt s
cibus paucus no sufficiens omnibus sic in lo
co hitacois eorum Est etiam eis ca belli indig
aut fouea quietis aut est aliqu timor et
necessitas pullorum sed ca belli gnalit no est
nisi cibi defectus ppter quod est aial vo
catu aquibus sed bota qd quide multe mon
tanis arbitrant gmune pugnat et e audax
invadens aliqn canem sed fugit lepore
tamqm abhorreat eu et pugnat itaq
q est femina sua etiam a fouea in hyeme
qn pastum sibi femi vel alterius cibi aggregauit
q cu femina redierit alio foramie fraudu
lenter facto usq ad thesauros ciborum habu
danciam p hyeme fuero pasti q mas qui
eam eicerat aliqn aut itaducta e
pugna p cibo inter h aialia q vnum i
fuit alterius aut quo usq eicit ipm a loco
thesaurorum cibi congregati sicut dixim
Simile aut pugna et eam pugne
hnt cu filijs postquam adoleuerint et pfecti
fuerint alia diu em filij indigent pncid
pmusione mi q in pugnat aprilis i ago
gnie aialium Ea aut aialia q carne cruda
gmedunt qi cu omnibus pugnat aialibz
eo q omnia fere aialia sunt cibi eorum pt
ea q sunt eiusd spei cu ipis excepto ial

de paucis aquatis q gmedunt in diuidua
sue spei sicut lucius aquila est aliqn ut
dicit auicenna visa e deuorare aquilam
sed no fecit n irata qn videlicz diu luctam
aquile cu preda aliqua q cepit aliud carnium
Aut em aliqn gtingit q amicus deuorat
amicu qn no sufficit ei preda q inuenit
aput eu h aut cu e q aialia aliqn inter
se diuidunt in aues et quedam sunt repug
nancia alia vt deuorent ea Alie aut
congregant ut se mutuo iuuancia ab im
pugnantibus defendat qr aues dum frequt
vident inter aialia fieri augures dicit
significare plia futura inter homines ar
guentes Eo hoc q effectus celestium causas
apparet in hijs q sola agunt natura q in ho
minibus quorum inclinacones nec sepe reti
nent racois obiectu ppter quod ut alibi
diximus no ita facile ab homie precipiunt
effectus orbis sicut abrutis Per gnum a
huius qn vident aialia pacifice scilicet adin
uicem se pacem inter homines futura pre
nosticant Id aut dummodo cibi nedictum
e sic ca belli inter aialia quemens e
q qn cibus eorum habundat q intestinu
fit ac si sint domestica et fit quiete q
morantur in loco vno qr huius aut signum
e q in egipto quinq aialia herbis pastu
simul viuunt et mitia sunt ad inuice sicut
domestica eo q calidi cibi in egipto est
habundancia hac eadem de ca aial voca-
tu korokokyloz est spes quedam cocodril
li Et aial quod dicitur hardon quod e alia
cocodrilli spes pacem et cohitacoz hnt
cu aiali quod celchim vocatur quod est
aquaticum quoddam quadrupes et venatur
aialia et gitat venatores cu pluribus coco-
drilli specibus et sic cogitate de ipis vi
detur et gnide de eis alibi Ista aut hec
sic cu pacis int hec aialia cohitacones
similiter eo gtrarijs astorum qm aquila ut
dicit auicenna pugnat cu dracone ut
gmedat illum tamen videtur dicere q volt
cu dracone pugnet et h e verum nc
est aquila omnis pugnat cu dracone
sed quoddam genus aquile paruum magnitudine
q venatur quedam serpentem q draco gnali
nomine nuncupatur Aquila est cu tyro

et dracone pugnat pro alibus que alii
venatur draco vel aquila quia alter alteri
predam auferre aufferre conatur Vultur que
sive aquila quod verius est et avis que dicitur
cyman et avis que dicitur falangas pugnant
adinvicem sicut apud nos pugnant cum
aquila Corvus et pica et monedula et
huius aves Et causa pugne est eo quod aquila
comedit eas Vidimus enim aliquando cornices
et picas aliquando deplumantes aquilam que re-
sidens in arbore paciens displicuit deplu-
macionem propter quod displacionem cornicula quedam
proprius accedens rapta est ab aquila et de-
vorata hac de eadem de causa animal vocatum ha-
bemuz quod est animal habens fauces incra-
pis pugnando venatur animal vocatum pelagoz
quod avicenna videtur vocare anitere cecum
quod nos talpam vocamus Et quodcumque
vicerit alterum devorat ipsum Similiter
autem et avium genera que pluunt inter se ste-
colidez et forodniez et bubor et glorior
aliquando supeditas habent eas que pugnant
adinvicem Et apud nos sunt sic guguli
et avis musica que grasemucke vocatur et
aquila et cyrama vocatur et noctua et
monedula Et huius aves causa pugne habent
hanc quia una comedit ova alterius Mone-
dula proprie propter alias aves pugnat
cum bubone de die quia bubo est debilis visus
et clara luce diei Et ideo non de die hoc
corvinum genus quod est monedula rapit
eius ova et comedit ea monedula Bubo
autem et similiter noctua nocte quia melius
videt quam corvini generis animal quod est
monedula rapit et comedit ova mone-
dule Corvini enim generis aves de die pre-
valent buboni et noctue Sed noctua
et bubo prevalent corvino generi et preci-
pue monedule que minor est inter ea que
sunt corvini generis Alie etiam aves que de die
volant meritum bubonis et noctue
et nicticoracis de die deplumant eos eo
quod iste aves in nocte infeste sunt avibus
eis et ipsis avibus quia eas spoliare possunt
Et ideo aucupes ligando bubonem vel
noctuam iuxta rethia deprehendunt cum eis
alias aves multorum generum que deplumandi
causa accedunt ad eas Avicenna enim dicit se
vidisse quod pica accessit ad bubonem ligatum

et carne que in aucupis positum fuit frustra
quesivit eum rostro versus bubonem Quod cum bu-
bo arripere vellet retrorsum quasi pica cau-
da tegendo removit a bubone frustra car-
nis Et propter hoc dicit se cognovisse quod pica
est avis derisiva et quod aliquando aves gratia de-
risionis accedunt et deplumant aves Tercio
quod bastaralucte apud nos aut smecta vo-
catur Avis etiam vechis et gali quorum utrumque
est quedam species milui et corvini quod est
corvus pugnant adinvicem eo quod illa
genera miluorum per insidias comedunt ova cor-
vi et suos pullos hanc etiam causam pug-
nandi cum corvus habent aleu et lineciz et
lartinoz que etiam sunt genera miluorum diversorum
aut quod est primum genus milui quod vo-
catur apud nos miluus ruffus non accipit
ova vel pullos corvorum sed pacis hoc quod
invenit de cibo preparatum a corvo rapit et
comedit et ideo pugnat cum ipso Forcio-
res enim habet ungues quam corvus et est
velocioris volatus hec enim genera miluorum
licet dicta de causa pugnent cum corvo
in aliis temporibus venantur principaliter lu-
bricos terre et mures Ex omnibus autem
dictis manifestum est quod causam pugne habent
aliud cibum et mansionem et pullos Eadem
autem causa est pugne avibus et animalibus
marinis pugnant enim adinvicem bachi-
oz quod est species merguli qui pisces ve-
nantur et avis que vocatur locroz et avis
alba marina quam nos neroam vocamus
et est eis causa pugne propter alii et eadem
de causa pugnant firhachyz et coronon
quod est corvus aquaticus Cygnus autem
aquaticus et animal vocatum tribanz come-
dit utrumque istorum aliquando etiam turtur sti-
mulante pugnare cum ave quadam ra-
pace que clanrez grece latine autem glaro
vocatur et est de genere parvi milui Et est causa
pugne quod glaro nititur rapere pullos
turturis et de nido Cum enim omnibus avibus
cuicumque debilis pugnat cum quocumque
forti In tali itaque pugna glaro aliquando
interficit turturem antiquum Hac etiam
eadem de causa corvus apta in pugna in
terficit miluum qui dicitur bokomo grece
cum dum parvi sunt pulli corvorum intendit eos
rapere de nidis miluus prenotatus Cor-

nus superne mens interficit eam cum ungu-
libus et rostro Dicitur autem corvus albus
corvus grecus magnus qui deo appollini fuit
consecratus ut dicit apuleguis Ita pugna
etiam colyem quod est unum accipitris genus
comedit avem que vocatur kalaretham quod
est quedam species passeris Hoc autem et alie aves
vinctorum sanguine comedunt eo quod est pigri
volatus et nullius defensionis et sepius
quam alie aves invenitur Unde propter hoc pas-
serem pugnat ad invicem aves rapa-
ces quando plures convenerint ad rapiendum eam
Et avis vocata astalomeu aliquando comedit
abarthiez quando prevalet adversus eam sicut et ap-
nos aliquando perca comedit passerem invenit
et comedit eum Et cornus alauda invenit
hovum enim utriusque per vicissim corruptus sunt
Similiter avis que hickyppo vocatur pugnat cum
eo quod harodmez grece dicitur Et causa pugne
est quia latenter hickyppo avis rapit ova eius
et pullos de nido et comedit eos Avis
etiam parva que achmez grece latine argitus
dicitur et est avis parva sicut parva passer aliquantu-
lum ruboris habens super caput pugnat
cum asino et causa pugne est quia asinus quando
transit per spinas confricat se ad spinas
et decutit ova de nido argiti Et ideo est
avicula eadem retro dependet asino ubi vul-
neratus est et depicta sua sive rostro
longius pungit asinum exagitans eum a
loco spinarum Argitus autem fugit quando
videt asinum quia prius nocet ei aliquando est
ut dicit avicenna causa pugne est quia decutit
fructus spine confricando se ad ipsam asinus
hic enim fructus est cibus argiti et est ex
spina magna quam quidam vocant spinam al-
bam et alij vocant fagit quod habet florem
album et fructum rubeum parvum cum longo cot-
tiledone hunc enim fructum plurime comedunt
aves propter quod est aucupes aggregant hunc
fructum et per eum capiunt aves in hyeme
Sunt autem tria genera hyrundinum unum genus
quod in domibus intus ubi habitant homines
nidificat et insidiatur muscis et apibus
Aliud autem quod intra in foraminibus riparum
iuxta aquas nidificat et insidiat bibio-
nibus qui volant super aquas Et tercium quod
in parietibus murorum exterius nidificat
et minus est in forma Hoc tercium genus
pugnat cum passeribus eo quod passer intrat

eius et preoccupat eam in principio veris
antequam veniant hyrundines Et hyrundo intrat
eum eicere de domo sua sive nido Et visum est
pluries in colonia quod yrundo non volens eicere
passerem convocavit stridore lingue sue multas
yrundines Et simul venientes in impetu
luto quod rostro singule portaverant ob-
struxerunt foramine nidi subito et clauserunt
in nido passerem et suffocaverunt eum Simi-
liter autem et ursi pugnat cum asino atque et thau-
ro eo quod venatio ursi est caro cruda et
ideo impugnat hec duo animalia que ea come-
dere intendit Similiter autem et avis dicta
hyritoz et est genus aquile valde forte
et magnum pugnat cum vulpe et lepore et
cuniculo et hiis animalibus quia aquila illa
carnem crudam animalium dictorum comedit Et
ideo venatur ea Et aliquando eadem de causa pug-
nat cum tapolo Cornus autem et bos ut dicit
avicenna nalon habent inimiciciam ad invicem
et intenditur cornus eruere oculos bovis et
comedere et hoc modo etiam impugnat asinum
aliquando hac etiam de causa vulture pugnat
cum animali quod grece arodynoz latine autem
ardeolorum vocatur et quandoque impugnavit ipsum
occidit ipsum et comedit Similiter autem
quas zyboz vel zybez vocant greci et
nos cyromas manent in paludibus et mar-
ginibus fluviorum et est color corporum varius
ex albo et nigro et vita ipsarum est bon-
moris Manet enim cum hominibus et propterea
pugnat ranas et mures et alia animalia
palustria Asinus etiam impugnat colotum
hoc est ratum quia eo quod dormit in presepio
et mordendo nares eius vetat ipsum
comedere pabulum et ipse ratus cum servus
sive tunc comedit pabulum asini Et est
opere vulgaris quedam avis vocata acthelon
pugnat contra genus quoddam corvinum
quod vocant cracoz et communiter avem que glo-
rio propter gloriam quidam vocant latmorium
quam mendose quidam dicunt generari a flamma
ignis Et causa pugne est quia cracoz cor-
ninum comedit istarum avium pullos Simi-
liter strati avis et avis dicta grece
traylos quam trachilum dicunt latine vocati
camulgium autem latine dicunt vocari stra-
ti grece Et hee due aves cum volucre
pugnat quando camulgus frangit ova vol-
turis et sorbet ea Et quia voluit sic

et alie aves rapaces comedit carnem cru-
dam et pugnat cum caprimulgo quo ... cum eo
fractura ovorum et interficit et comedit eum
Est autem avis quedam que in Athena ... arpe
aut ybos vocatur et latine vocatur acontis
que sicut anser comedit gramina et est
valde debilis visus et habet vocem sicut
hinnitus equi et pugnat cum equo eo quod
equus eicit ipsum a pascuis pugnando autem
vocat sicut equum imitando hinnitum equi
et sic currendo stupefacit equum et fugat
et aliquando sic lassando equum interficit Est
autem color huius avis valde pulcer et vita
eius longa et manet iuxta ripas fluminum
sed apud nos hoc genus avis est ignotum
Genera vero ardearum sive ardiolarum quas greci
arachi vocant sunt tria Et primum quidem
genus quidam grecorum vocant pelargoz alii
sunt similes Secundum autem quidam vocant leu-
coz alii autem lengon Tercium autem quidam
vocant astarioz Et alii vapelion apud
nos autem sunt genera quidem tria quorum duo
sunt cinerei coloris magnum videlicet
et parvum Et tercium est album sicut in ... ma-
nus utrorumque dictorum generum Et dicunt ardee
ab arsura stercoris quia tecipit et veniunt
ad siccitatem id super quod cadit stercus
eius Dicit autem aristoteles quod unum genus ar-
deolarum est quod pellaboz vocatur quod coit dif-
ficulter ita quod femina vociferat quando recipit
semen eo quod comprimit quidam licet non sit
probabile quod etiam sanguis ab oculis eius ex-
it in coytu et quando femina ovat parit o-
vum valde graviter Adhuc autem cum vul-
pe pugnat mochyrcoz avis et avis dicta
cordoz frangit ova predicte avis

Capitulum 3m de naturali amicicia et
inimicicia quorundam animalium ad invicem

Urus enim pugnat cum galy
sucedo et porco quia frequenter
simul sunt eduli et porci et
habent in hoc unum cibum quod utrumque horum animalium
comedit serpentem Et turis vocatur avis etiam
dicta latine aeslon cum vulpe pugnat et
nocet vulpi quantum potest depilando eam et
interficiendo pullos eius Et quia est avis unco-
rum unguium Corvus autem niger est amicus
vulpis et iuvat et ideo impugnat aeslo-
nem aegontoz est que nos caprimulgum vo-
camus impugnat avem que vocatur celeon
quam quidam latine trochilonem esse interpretantur
Et ambe hee aves nocent vulpi hee abe
aves sunt de genere aquilarum et sunt uncorum
unguium Aegolphyez autem sive aegotyloz quam
caprimulgum vocamus pugnat cum vulture
Colit autem vermis serpentinus qui in herbis
latet pugnat cum aliis vermibus sui generis
et comedit eos plus enim omnibus animalibus co-
medit ea que sunt sui generis Et hic vermis
est pugnat cum vulture Et sepe vincit
vulturem et interficit ipsum Quodam autem
animalium intermittit pugnat ad invicem sicut
homo impugnat asinum et alia animalia quando
cogit ea domare et laborare Asinus autem
pugnat cum affondez eo quod ambo hec animalia
vivunt ex spinis quibusdam qui de eorum
sunt genere spinarum comedit et vocatur asinus
enim hanc spinam libenter comedit quando est mol-
lis et ideo moz et assarchydoz est pungit
ad invicem etiam pungit uncia ipsam spi-
nam quam diyonis quod comedit eo quod radix
eius est valde dulcis et saporosa et similiter
stipes et folium sed unus quod radix Calie
autem Kalinoz et ylioz que supra acor-
nyn vocamus pungnant ad invicem Et
tanta est inimicicia harum avium duarum sicut
quidam fingunt quod est sanguis mortuarum ad
miscetur et iungitur sed unus retrahit ab alio
Et talis est horror inter pennas aquile et
anseris consumit eas et hoc etiam secundum expertos
in pennis alarum et forte similiter est in aliis
pennis dictarum avium Et dicit similiter fieri
ter pilos lupi et lanam ovis sed hoc non secundum
expertos Cornix autem et corcodrilli genus
quod hardeoz sive hardan grece vocant
amicantur et cohitant frequenter Pedeoz autem
qui sunt leopardi manet frequenter apud nos
fannos in locis consitis arboribus et
maxime iuxta arbores camphore et
dedos Serpens quidam manet in lapi-
dibus et montanis et est amicus vulpis
sicut sit de genere eius leopardi autem ma-
nent simul ... amicicia eorum ad invi-
cem licet diyonis corvum amicum esse
vulpis et quod unus moratur cum alio Hoc

non est vera amicitia vera sed quia vulpis
insidiatur prede corvorum Et ideo appuleyus
narrat in fabula quod vulpes blandita corvo
quod carne cadente de ore corvi cantantis rapuit
ipsam carnem Et ideo dicit avicenna quod ego
vidi de terra que cola vocatur quod posuit in
una caveam corvum et vulpem et pugna-
verunt fortiter Ita quod vulpes mordendo sagittare
fecit caput corvi et corvus unguibus adeo
strinxit labia vulpis quod non potuit ea
aperire et tunc fortius impupugit vulpem
cum rostro Similiter autem folkynorum et turtu-
res sibi invicem amicantur lupus autem pu-
gnat cum animali quod roborum vocatur eo quod ambo
comedunt carnem crudam Roborum autem quidam
estimant lincem Cervi autem maxime tempore
coitus pugnant ad invicem fortiter propter
et percutiunt se ad invicem cubitis cornuum
suorum ita quod forte interficiunt se ad invicem
Si autem superatur devictus obedit vic-
tori obedientia ac si sit servus eius et
sequitur ipsum Cervi autem tyment gemitum
vulpium Cervi etiam diversant mandata
magna diversitate aliquando enim sunt quod etiam
per plures transeuntes invadunt homines Et
quidam sunt qui fugiunt ab eos Cervus autem uno
cum milites ambulat feminis sui generis set raro
plures cervi ambulant simul nisi sint iu-
venes quorum plures aliquando vadunt cum
antiquo cervo et obediunt ei et non coeunt
cum feminis in presentia eius Elefas autem scia
melius invat homines in pugna quam elefas
masculus licet homo in utroque sexu vera
ad pugnandum hoc genere animalis Corpora enim
feminarum sunt minora quam marium Et ideo
sunt etiam minoris audatie habet autem ele-
fas cubitos ad faciendum opera fortia subver-
tit enim cum cubitis suis magnos parietes
et domos et arbores sed cum proboscida colli-
git cibum et potum et ponit in os suum Ca-
pit autem venator secundum hunc modum Ag-
itat quidem homo elefantem domesticum
in silvam querentes alios elefantes et cum
invenit domesticos incitat domesticos contra
silvestres ut percutiat eos proboscida et cum
vicerit eos eo quod fortiores sunt domestici
quam silvestres propter bonum et habundantem
pastum saltat super silvestrem victor ele-
fantem et percutit cum forti flagro du-

ro quod est sicut polex quidam a parte et tunc
subito quiescit tamen diu super eum sedet Et
cum descendit aliquando remanet domesticus
et aliquando non et si non obedit ligat pedes
suos anteriores simul quo usque domesticetur A-
vicenna autem aliud capiendi modum narrat
dicens quod narravit ei fidedignus senex quod
indi faciunt foveas in quas decepti propter
aliquid cadunt elefantes et cum ceciderit in
foveam elefas venit homo unus et flagro
duriter percutit elefantem Et cum diu percussit
est venit alius homo et ostendit elefanti
se et quasi cum increpatione et violentia eicit
ab elefante percussorem suum quo facto recedit
relicto in fovea elefante Et iterum per eundem modum
cum redit percussor et postquam percussit iterato
elefantem iterum redit hijs qui prius eum
removerat et iterum removet eum sicut
prius et hoc fit sepius et tandem incipit
elefas gaudere ad conspectum sui liberato-
ris et tunc fodendo fit ei via ad exeundum
de fovea et tunc sequitur suum liberatorem
et obedit ei Et hoc idem narravit michi
fidedignus qui in terra illa fuerat addens quod
percussor elefantis horribili colore pingit ca-
put et faciem et transfigurat se ne
postea cum domesticus est elefas possit ag-
nosci quia alius elefas interficeret eum Hic igitur
et talis est amicitia et inimicitia animalium ad
invicem et propter causam cibi et vite
sustentande propter cibum autem catulos aut pullos
et indicum Similiter autem etiam in marinis
quidam pisces diligunt se ad invicem et quidam
non se diligunt Et quedam femine postquam
impregnate sunt aggregant sicut greges quidam
autem non sed per partem morum universaliter autem
loquendo animalia que in mari congregantur sicut
greges ad invicem sunt ista froydos, moudos,
volydos, ccorvos, thedoireth, thoytes, ca-
ngla qui sunt pisces prius alacabo ahathy-
no cchybalyno analidez, conchos tonus
et talia Et hy sunt sicut in mari anglico
et germanico et scilicet flamenco aller et spirin-
gus et illud quod vme vocatur et hardecen
vocatur quod sunt multa et multa alia genera
piscium quod dixi in pluribus permanentia aggre-
gantur sicut supra etiam dixisse nos me-
minimus aliquando autem istorum non aggre-
gantur sicut greges tamen sed aggregantur

etiam inter se par ad parem et mas cum femina
tamquam ipsi sint coniugales. Quedam autem non
conveniunt nisi bina et bina et non sunt
greges nisi in impregnatione et partu tali enim
tempore laborum et pastorum clamat secundum
invicem hoc agitur tali tempore congregantur
sicut greges non modo autem quod est sub amore
generationis tantum sed etiam alia quorum consuetudo est pas-
tus in loco ubi habundat pastus laborum
autem est hoc quando cum non inveniunt pastum quod
fortior comedit debiliores et hoc apud
nos faciunt quando multi sunt simul

**Tractatus [?] octaui libri animalium. In quo
agitur de modis morum animalium secundum pruden-
tiam et stulticiam ipsorum. Capitulum primum
de stulticia et prudencia diversorum ani-
malium et potissimum de disciplina eorum**

[M]odo eciam alia animalia diversificantur
secundum mores qui modus est secundum
cognitionem et prudenciam vel aliquid
simile prudencie quod cogit ani-
malia moveri. Quedam enim sunt domestica quedam
silvestria, quedam audacia quedam timida
et quedam simile aliquid intelligencie habencia
et quedam non sed pocius videntur esse stolida
et stulta dicuntur. Autem ~~ha~~ quamvis quod in ovibus
et arietibus et capris maior est privacio
intellectus et prudencie quam in aliis quadrupe-
dibus eo quod magis vadunt in vanum et in-
utiliter ita quod exeunt a locis comedendi ad
loca deserta et manent sub pluvia propter
quod etiam a locis suis in commedendis non moventur
aliquando nisi pastor moveat ea commovendo
arietes tunc enim sequuntur arietes propter quod
etiam repulse oves ab igne quando ardent caule
revertuntur in ignem et similiter faciunt equus
et mula sed non tantum sicut oves. Dicitur
etiam quod quando capras rapit aliquam ab aliquo
animali predante subito erigunt alie ca-
pre et aspiciunt eum aspectu stolido quamquam
fugiant. Oves autem tunc magis sunt quiete
et pastoribus magis appropinquantes quam capre
et aliis hominibus. Similiter autem hoc habent
omnes quod inde ambulant et melius pascuntur
ad auditum instrumenti fistule. Propter quod

pastores modulantur cum fistula et tonis
in pastura ovium. Ad auditum autem tonitrui
magni oves aliquando aborciunt propriae si
sole et non in grege sed sequestrate ambu-
lant et tunc magis ambulant. Sequestrantur
autem oves ab invicem quando pastor aliis rebus
familiaribus domi occupatur. Tunc enim
per se ambulant non coadunate propter
consuetudinem capitis caprarum et tunc frequenter
amittuntur. Sic et vacce ab armento se-
parate. Sequestratum enim animal patitur alie-
nis insidias et devoratur quando se solum de-
fendere non potest. Oves autem et capre licet
sint diversarum specierum tamen pascuntur simul
frequenter et quando pascunt ut frequenter ad in-
vicem convertunt facies et non in opposito. Ca-
pre autem magis sunt pingues dicitur omnibus
aliis pascualibus animalibus. In maiori autem parte
consuetudo est vaccarum quod quando una errat
et exivit a grege sequitur eam alie. Propter
quod etiam campane talibus vaccis a pas-
toribus alligantur ut per sonum campanarum
in silvis aberrantes audiantur et inveni-
antur. Eque autem pascuntur simul in multitudine
et congregatio talium dicitur equaricium vel
equacia. Et quando moritur una equa et
dimittit pullum tenerum alia equa accipit
ipsum et nutrit tamquam suum. Propter quod
dicitur quod genus equorum naturaliter diligit suam
speciem. Et huius signum est quod licet quedam
eque sint steriles et non pariant tamen
accipiunt ad se et secum ducunt pullos equarum
morientium et si pereunt pulli illi non pe-
reunt ex hoc quod non impendant eis curam
eque ille sed ex hoc quod non habent lac ad nutrien-
dum pullos assumptos. Est autem opinio de
ceruis quod sit discrecior multis animalibus. Observat
enim quod pariat in membris [?] iuxta publicas
vias consuetudinales eo quod bestie nocive ti-
mentes transitum hominum minus sunt in locis
illis. Cum autem femina cervi peperit primo
ipsa comedit herbam draconteam voca-
tam vel aliam que propter virtutem habet con-
tra venenum secundine quam semper certa parte
comedit et tunc redit ad partum et alium [?]
abscondit cum partu in loco umbroso
iuxta viam usque ad auroram quando incipit
apparere lumen solis. Illo enim tempore magis